



Taubmann. axiomate

approbatum semel reprobari non potest 148. 13
quod semel placuit amplius displicere non debet 129. num. 4.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33

L. L. 9
M. M. 6 10



Index Disputationum hoc in Volumine

- 1 Taubmanni Collegii ~~disputationum~~ ^{disputationum} contentarum, pag. 1.
- 2 Gehringii & Kopffii Synopsis Sarsvedarum, pag. 237.
- 3 Sveri collegium Feudale, pag. 341.
- 4 Taubmanni ~~legum~~ epitome Institutionum, pag. 519.
- 5 Molang de iure Molanum & licentia, pag. 543.
- 6 Klavin de Re militari & licentia, pag. 599.
- 7 Eyull de Pacificatione Religiosa Augustana & licentia, pag. 687.
- 8 Löyner de iure Sepultura & licentia, pag. 751.
- 9 Widig de dominio & licentia, pag. 825.
- 10 Klinger de executione rei iudicatae & licentia, pag. 881.
- 11 Helm de commerciorum navatione iure singulari & licentia, pag. 921.
- 12 Rastus de Fide & licentia, pag. 979.
- 13 Wagnus de differentiis juris civilis & canonici, pag. 1067.
- 14 Erysdar ad l. un. ff. de iudic. ex lege, pag. 1147.
- 15 Baseris de Fideiussoribus, pag. 1155.
- 16 Franckius de origine, auctoritate, definitione et divisionibus Feudis, pag. 1175.
- 17 Rastus de curatoribus bonorum, pag. 1199.
- 18 Blasius Positiones Theorico-Practicae, pag. 1223.
- 19 Hamming de Retorsione, pag. 1239.
- 20 Falzpf de donationibus inter vivos, pag. 1255.
- 21 Neander de delictis privatis, pag. 1265.
- 22 Bünzard de emptione et venditione, pag. 1299.
- 23 Lündke de Pastu pecoris, pag. 1323.
- 24 Krause de crimine Maiestatis humanae, pag. 1339.
- 25 Langfort tria semidecimum misellaneorum ex iure privato feudali atq. publico
- 26 Lündke inventarium ex l. ult. c. de iure delib. pag. 1399. ^{desuntarum, pag. 1363.}
- 27 Metzpf decas questionum controversarum, pag. 1431.
- 28 Neander ternas ex quintuplici iure positiones, pag. 1459.
- 29 Bardalo de Usufructu, pag. 1475.
- 30 Thomas de beneficio competentia, pag. 1505.
- 31 Helm de cursu et prelacione creditorum, pag. 1563.
- 32 Düdel de Republica Romano-Germanica, pag. 1587.
- 33 Borchmann de Legatibus sive Maiestatis iuribus, pag. 1631.

- 34 Hofmann de furtis, pag. 1657.
- 35 Pantuff de heresi, pag. 1681.
- 36 Hofmann de Religione, pag. 1701.
- 37 Ruffus de natura jurisprudentiae eiusdem fine, objecto et medijs, pag. 1753.
- 38 Engländer de iure tutelari, pag. 1777.
- 39 Dittorig de tractu commodati, pag. 1801.
- 40 Windmüller de Fidejussoribus, pag. 1817.
- 41 Freigig de salvo conductu, pag. 1837.
- 42 Späth de beneficijs et feudis ecclesiasticis, pag. 1885.
- 43 Puchler de Comitibus Imperij Romano-Germanici, pag. 1953.
- 44 Wildner de tortura, pag. 1981.
- 45 Thomae Delibatio Institutionum, pag. 2013.
- 46 Graupitz ex J. N. Brodm. Inst. de Maestrate Armis et Legibus instruenda, et Spe-
cialim de armis sive bello et Legibus, pag. 2041.
- 47 Terzer de iure Personarum, pag. 2085.
- 48 Pascha Novera ad materiam Testamentariam spectantes positiones, pag. 2101.
- 49 Sauterz de Tyrannide, pag. 2111.
- 50 Baugland de iustitia et quidem commutativa, pag. 2137.
- 51 Baumgart de successione, pag. 2161.
- 52 Ditzner de fidei pacis, pag. 2177.
- 53 Höpfer de Tyrannide Principum, pag. 2197.
- 54 Algenfaber de bono Principe, pag. 2211.
- 55 Baumgart de Politia, pag. 2241.



CUM DEO!
COLLEGII INSTITUT.
PUBLICI
DISPUTATIO QUARTA
Ethico-Politico-Juridica.
De

TUTELA

Ejusq; Constitutione, Admini-
stratione & Dissolutione.

Ad Tit. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22.

EXHIBENS
TEXTUS

Continuationem, Quæstiones
Antinomias & Axiomata.

Quam
Sub PRÆSIDIO

CHRISTIANI TAUBMANI
J. U. D. & Profefs. Publ.

Discutiendam proponit
SAMUEL BUTSCHKY Jun.
Silesius.

Ad diem 26. Septemb. In Auditorio 7ctorum horis antemerid.

WITTEBERGÆ,
Typis AMBROSII ROTHII Acad. Typ. Anno 1635.



95

TIT. XIII.
DE TUTELIS.

MEMBRUM I.

Continens Continuationem.

Sequitur nunc alterum propositæ distributionis membrum, de Personis nempe sui juris. *supr. tit. 8.* Quæ vel in tutela sunt, vel in curatione, vel neutro jure tenentur. *pr.* TUTELA est vis ac potestas, in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem se ipse defendere nequit, Jure civili data ac permessa. §. 1. quam qui habent, *tutores* dicuntur, quasi tutores, §. 2. Estque vel Testamentaria, vel Legitima, vel dativa, sive honoraria. TESTAMENTARIA est, quam sortitur Tutor ex Testamento patris Pupilli, quem in potestate habet. §. 3. Etiam postumo. §. 4. Imò & certa sub conditione emancipato. §. *fin.*

MEMBRUM II.

Continens Quæstiones.

I. Num in hac definitione pro *Vis* sit legendum *JUS*? *N.* cum *Först d. 4. tb. 1. Riem. dec. 3. q. 1. Harpr. hic. p. 484. n. 3. & 10. contra Wes. Treutl. & Vultej.*

II. Utrum verba in capite libero sint ad tutorem referenda? *Aff. cum Först. ib. tb. 2. Riem. ib. contra Cujac. & Borcb. Vid. Harpr. p. 486. n. 11.*

III. An jus tutelarum sit juris civilis? *Aff. cum Hæn. d. 3. tb. 1. Hun. res. q. 3. contra Hottom. & Vult. Vid. Don. Ep. l. 3. c. 1. b.*

IV. An pater exheredato filio possit tutorem dare sine confirmatione Judicis? *Aff. §. 3. cum Först. disp. 13. q. 30. Harpr. p. 492. n. 12. contra Hott & Nebel.*

V. An tutor confirmatus, testamentarius sit, an dativus. §. *fin.* Prius *aff. cum Först. tb. 7. & Hillig. Don. En. l. 3. c. 5. d. contra Hænon. Treutl. & Harpr. p. 502. n. 21.*

VI. An autem mater possit liberis impuberibus testamento tutorem dare? *Neg.* datus tamen, si liberi simul ab ea heredes instituti fuerint, à magistratu cum inquisitione confirmabitur? *arg.*

A 2

§ 3.

§ 3. hīc. Vid. Hænon. tb. 2. Riemer. corol. 2. dec. 3. Bachov. p. 158. Suel-
bolt. d. 3. tb. 10. Harpr. p. 499. n. 5.

MEMBRUM III.

Continens Antinomias

I. In pr. hīc. dicitur, ex his personis quæ in potestate non sunt &c. Et tamen in §. 1. statim definitur tutela vis ac potestas &c. Vid. Mar-
tin. contr. tb. 92. Bach. p. 153. Hott. En. 1.

II. Item in l. 13. ff. de tutor. & curat. datis. Servo tutor datur. Et in l. ult. §. 2. C. de sentent. pass. Filiusfam. in tutela esse dicitur. Martin. ib. Riem. q. 3. Harprecht p. 487. n. 15.

III. In §. 1. hīc. tutelam jure civili datam esse ac permissam. In §. 6. infr. de Attil. tut. Impuberes in tutela esse naturali juri con-
veniens, asseritur. Martin. ib. Don. En. l. 1. c. 1. h. & k. Hænon. d. 3. tb. 1. Bach. p. 155.

In §. 3. Permissum est parentibus, liberis impuberibus, quos in potestate habent, testamento tutores dare. Legimus autem tutorem etiam dari emancipatis. §. ult. hīc. Item naturalibus liberis. l. ult. C. de conf. tut. l. 7. ff. ib. Item à matre. l. 4. de restam. tut. l. 4. C. ib. Imò etiam à Patrono, patruo vel alio extraneo. l. 1. §. 1. l. 5. ff. de confirm. Tut. Legimus etiã codicillis ab intestato dari tutorem. l. 1. §. 1. ib. autestamento non justo sive imperfecto. l. 3. ff. de conf. tut. l. 2. C. ib. Cum tamen hoc §. requiratur, ut detur tutor testa-
mento, quod intelligitur justum & perfectum. Bach. hīc. p. 157. Vultej. ib. p. 106.

MEMBRUM IV.

Continens Axiomata.

I. Contrariorum eadem est scientia, arg. pr. sive; Co-
gnito uno contrariorum cognoscitur & alterum. Contrariorum enim quia unum uni tantum opponitur, & verò illorum natura est contraria. Erg. Unius natura cognita facile innotescet & alterius. Hinc ex vitiis cognoscimus virtutes, ex privationibus, habitus. l. 4. ff. de 7. & 7. Ex curvo rectum. Hinc ab acerbis (quod testatur Plinius) ut myrrha, vinum potum dulcius sentitur. Hinc cognita malâ fide, noscimus & bonam: Cubach. Broc. c. 15.



p. 243. Eberb. top. loc. 19 p. 234. Cognita servitutis amaritie afficit Li. Tac. 4. hist. libertatis dulcedo: Quæ cum adeo mutis animalibus, nedum homi- 27. nibus, nedum Germanis, naturâ grata sit: mirari subit, quæ con- 4. hist. 64. filii sinisteritas aliquorum pectora cœperit, ut avitam hanc Ger- Cic. lib. 27. manici Imperii libertatem, nescio quorum securi præcidi non mo- ad Q. Frat. do passuri, sed & percupere videantur. Quod si quis enim omnia ab istis mitiora sibi pollicetur, hunc velim, quod de amicitia viri sapientes præcipiunt, eam cum nemine jungendam, priusquam ex- ploraveris, quomodo prioribus amicis fuerit usus: sperandum enim, eum in te quoque fore talem, qualem erga illos se prabuerit; idem in alciscendo quoque novo domino tenere: & qui secundus sapien- Isocr. ad de m. tiæ gradus est alieno periculo sapere: Quippe pauci honesta ab dese- Polyb. l. 1. rioribus, utilia ab noxiis discernunt: plures aliorum eventis docentur. Tac. an. 4. Doceamur ergo, simusque Promethei potius quam Epimethei: 33. ne cum Phrygibus atque Cumanis Germani commune habuisse videamur. Serò sapere. Frustrà ut cadaveri, sic mortuæ Liber- tati, medicinam admoveris: frustra cineribus aquam infuderis. Quint decl. Plaut. trin. Nota etiam si mala res, optima est. Unde Calavius suavit Campa- a. 1. sc 1. nis, ne Senatores mutare vellent: Populumque jam re doctum v. 25. dicere compulit: Notissimum quodque malum maxime tolerabile esse.

II. Tutores non ex nomine & potestate tantum, sed ex re ipsâ atque facto æstimantur, §. 2. hîc. Tutores enim debent esse non tollitores, id est, qui res & bona pupillorum tollunt. Harpr. hîc. p. 489. n. 3. Nam rerum mortalium natura ex operationibus cognoscitur Sparck. in vi nat. p. 6. Et: Si bien me quieres Juan, tus obras me lo diran; inquit Hispanus. Itaque ut de Consule Cicero in Pisoniana testatur: Arimo tutorem esse oportet, consilio, fide, gravitate, vigilantia, cura, toto denique munere procurationis. Et lib. 1. de offic. Ut tutela sic procuratio Reipub. ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissi, gerenda est. Ut ea opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Tutores enim sunt publicæ salutis, ut rem populi salvam fore, & non e- Cic. 5. de versam iri procurent ac spondeant. Baud. de induc. Belg. p. 46. Et Rep. idem eligitur Princeps: Non ut sese molliter curet, sed ut per ipsum, si Socr. l. 3. qui eligerunt, bene beateque agant. Atque hæc unâ re maxime ab it à Ty-



*Arist. 8. à Tyranno: quod Ille suum ipsius commodum spectat & querit, at rex
 pol. c. 10. subditorum. Vatem itaque audiant: Tu civem patremq; geras; tu
 Claud. ad consule cunctis, Non tibi: nec tua te moveant, sed publica damna.
 Honor. Aut potius Hadrianum: Qui in concione sapè dixit; Ita se Rempub.
 Spart. in gesturum, ut sciret populi rem esse, non propriam. Vox aurea, & res
 Hadr. multò magis eum præstatur! Lips. pol. l. 2. c. 6. Quam ob causam
 quoque circa insignia Principum flamma pinguntur deorsum tenden-
 tes; ut significant amorem superiorum majorem esse, aut certè de-
 bere, erga inferiores, quàm e contrario. Melanch. Postill. part. 4.
 p. 46.*

TIT. XIV.

Qui Testamento tutores dari possunt.

MEMBRUM I.

Continens Continuationem.

Dari autem tutor testamento potest & *filiusfam. pr. & servus proprius* etiam sine libertate; *alienus*, sub conditione cum libere- rit. §. 1. *Furiosus*, cum compos mentis, & *minor* cum major 25. an- nis factus fuerit. §. 2. Testamentaria autem tutela, cum actus legiti- mus non sit, *conditionem & diem* recipit. §. 3. Non tamen regulari- ter certæ rei vel causæ dari potest. §. 4. Filiis verò filiabusq; datus etiam postumo vel postumæ, non tamen nepotibus, nisi liberis vel posteris se dare testator dixerit, datus intelligitur. §. *fin.*

MEMBRUM II.

Continens Questiones.

- I. An servus proprius simpliciter testamento tutor datus, con- sequatur directam libertatem? §. 1. *hic. Aff. cum Först. d. 4. tb. 7. Riemer. dec. 3 Harpr. p. 516. n. 3. contra Cujac. & Vult.*
- II. An datio tutoris, quæ fit testamento sit actus legitimus? §. 3. *hic. N. cum Bach. hic. p. 163. & Lind. Exerc. tb. 5. Harpr. hic. p. 485. n. 9.*
- III. An tutor filiis datus, nepotibus quoque datus censea- tur? §. *fin. Neg. cum Hænon. tb. 4. & Bachov. p. 166. contra Al- eiat. Vid. Harpr. p. 533. n. 3.*

MEM-



MEMBRUM III.
Continens Antinomias.

I. In *pr. hinc. & l. 9. ff. de his qui sui vel al. jur. asseritur*: Etiam filiumfam. testamento tutorem dari posse. Cum tamen Jctus in *l. 21. ff. de testam. tut.* respondeat, testamento tutores saltem dari posse, cum quibus testamenti factio; qualem filius non habet. *l. 16. ff. qui test. fac. poss.* Vid. *Bach. p. 160. & Matth. p. 50. hinc. Don. En. Hillig. l. 3. c. 3. g. c.*

II. Servo proprio sine libertate tutore dato §. 1. *hinc. & l. 28. §. 1. l. 32. §. 2. ff. de testam. tut. l. 5. pr. vers. cum ig. C. de necess. serv. hered. instit.* directam libertatem attribuunt, cui tamen *l. 10. §. ult. l. 24. §. 10. de test. tut. & l. 9. C. de fidei commiss. libert.* fideicommissariam ex hac causa competere rescribunt. Ita ut *Hottomanno* isti, qui eos textus conciliare conantur, sui potius ingenii acumen ostentare, quam lectorum studiis consulere videantur. Vid. *Martin. in contrar. tb. 93. Giph. ad. d. l. 9. Cod. p. 230. Ungeb. Ex. 4. q. 4. Treutl. part. 2. d. 8. tb. 2. g. Först. sup. q. 1. Dd. hinc. Harpr. p. 517 n. 10.*

III. In dict. §. 1. asseritur: Servum alienum purè inutiliter tutorem dari. Cui adversantur: *l. 10. §. ult. & d. l. 2.* quæ etiam II. purè dato concedunt. Vid. *Giph. ib. & Ungeb. q. 5. D. D. hinc. Harpr. p. 518. n. 12.*

IV. Inter §. ult. *hinc. & l. 84. de V. S. junctal. 17. de leg. 1.* nullam pugnam agnoscimus. Vid. *Godd. ad d. l. 84. Martin. ib. tb. 49. Don. En. l. 3 c. 4. f. Hônon. d. 3. t. tb. 4.*

MEMBRUM IV.
Continens Axiomata & Digressiones.

I. Qui vult consequens, vult etiam antecedens. Ita ex nominatione filii, institutione heredis & datione tutoris tacitè servo libertas collata esse videtur. *ib. & §. 2. sup. quib. ex c. manum. §. ult. sup. de adopt.* Unde utiliter Interpp. colligunt, promotum ad aliquam dignitatem vel ministerium, videri etiam simul dispensatum, eumque inhabilem ad idipsum effectum, atque eurgentem aliquem inhabilem, cum eodem pro potestate sibi concessa,



cessa, dispensasse censeret. *Princeps enim, qui ei magistratum dedit, omnia gerere decrevit. l. 57. ff. de re judic. Heig. hic. p. 73.* Sed cum in
Sen. Med. Principem — culpa cunctorum redit. *Qui non vetat peccare cum*
Cic. ad Q. Frat. possit, jubet. Illi incumbit in hac custodia imperii, ut non se unum
 modò, sed omnes ministros civibus & reip. præstet. *Nam: Potestas ma-*
Salv. l. 7. de gubern. Dei. gna & potentissima, quæ inhibere scelus maximum potest, quasi pro-
 bet debere fieri, si sciens patitur perpetrari. In cujus enim manu est ut
Vellej. lib. 2. prohibeat, jubet agi, si non prohibet admitti. Itaque in cujuscumq; a-
Cic. ib. nimo virtus insit, ei plurimum tribuat. Malis ergò famosisq; nihil
Cassid. 4. crediderit, nullam existimationis suæ partem commiserit. Ad orna-
Var. Ep. 3. tum enim palatii pertinet, ætas dignitatibus personas eligere: quia de
 claritate servientium, crescit fama dominorum. Quam curare, haud
Tac. 4. ann. scio, an ad ullos magis, quam viros Principes pertineat. Etenim
40. & 38. ceteris mortalibus in eo stant consilia, quæ sibi conducere putent: Prin-
 cipum diversa fors est, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda:
Plaut. & cum cetera statim vis adsint; unum insatiabiliter parandum, prospere
Bacch. pr. sui memoria. Non equidem nescio, potius metuendum, lusciniola
 ne defuat cantio, quam speciosa nomina Magnatibus deficient,
 quæ culpis suis imponant. *Nec enim est quisquam tam malus, ut ma-*
Quintil. *lus videri velit. Et qui de re nefariâ deliberat, id solum querit, quo-*
l. 3. c. 8. modo quàm minimum peccare videatur, ac factio suo colorem ho-
 nestatis quærat. Verum hi frustra sunt. Qui enim admittit ma-
Nic. Chonia tes in Comn. lum antecedens, experietur & tale consequens. *Fama (liberrima*
 illa omnium iudex) nihil certè impervestigatum, aut occultum finit.
 At licet, dum vivunt, objecto aliis glaucomate speciosisq; præte-
Tac. 1. hist. xibus operire factum soleant, vel & terrore sui, iudicia de se &
17. eorum officialibus liberiora premant: ferè tamen fit, ut malè co-
Id. in Agric. ercitam famam supprimentes augeant. Non enim potest aboleri vox
c. 2. populi, & conscientia generis humani. Quod si vel maximè præste-
4. Ann. 35. tur, tamen libet eorum socordiam irridere qui presenti potentia fre-
Diod. Sic. ti, credunt extinguere posse etiam sequentis ævi memoriam, aut caveri,
1. bibl. quò minas *Historia*, illa uti custos illustrium virorum *Virtutis*, ita
Tac. 4. ann. testis malorum sceleris, ad posteritatem omnia prodat, cum eos mors
5. odio aut gratia exemerit. Imò veraces historiarum scriptores pu-
 nire; impudentiam vel potius scelus esse eruditè disserit. *Amirat.*

in

in Tacit. disc. 8. l. 4. Cum ergo persuasum Eruditus sit à concessione
 Consequentis ad concessionem Antecedentis frequens & utile esse ar-
 gumentum: Atque hinc deducunt; quod si alicui ad aliquem lo-
 cum veniendi detur securitas, vel ut vocant *salvus conductus*, in-
 telligendum, quod talis possit expeditione illius actus ibi morari,
 & ab inde liberè discedere. Eberb. in top. p. 1137. cum ib. alleg. Dd.
 Interim tamen in Concilio isto Constantiensi, vel hanc unam ob
 causam immemorabili, Johannes Hussus triste documentum
 præbuit, quàm parum præsidii fuerit in salvo conductu Cæsaris
 adversus violentiam purpuratorum patrum. Nam etsi promissum
 ei fuerat, *abiturum fide quâ venisset*: tamen crudeli, ne dicam ne-
 fario, *vivicomburio* sublatus est. Hieronymo quoque Prageni
 com meatum obtulerunt: qualem ægrotus leo promittebat besti-
 is ad se visendum accedentibus, ubi vestigia apparebant: *Omnia*
se adversum tendentia, nulla retrorsum. Quid obtendant Isti Igniti
 doctores; *Quæ nec ara, nec fides, nec ulla firma pæctio est*: non
 video. Vid. Lips. Pol. l. 3. c. 10. Beren. tub. pac. p. 63. & 79. Scip. Amiv.
 disc. in Tac. l. 2. disc. 8. & lib. 4. disc. 1. Gruter. disc. ad ista Taci-
 ti: Militum abstinentia rapinaq; duci imputanda. p. 14. 1.

Tac. 2. ann

63.

Tertull. lib.
de anima

c. 33.

Horat. l. 1.

Ep. 1.

II. Quædam ob favorem personæ & publicam u-
 tilitatem sustinentur. arg. §. 1. vers. *alienus serv*. Quamvis jus
 gratiæ dandum non esse, multi statuunt; sed virtutes præmio affi-
 ciendas, vitia verò punienda. Neque posse Principem pejus fa-
 cere, quàm meritum cum justitia confundere, & illud cum scele-
 re compensare. Quæ enim esset Reipub. forma, si sub specie meri-
 torum & virtutis impunè grassari liceret? Hoc esset aperire ja-
 nuam sceleribus, ne quidquam ab improbitate esse tutum, Unde
 rectè nihil profuit *Horatio* sanguine liberasse Rempub. Nec *Man-*
lio virtute Capitolium conservasse. Interim tamen *favor personæ*
in totum non excludendus. Nam tametsi lex in genere & in abstra-
 cto, citra aliquam personarum & rerum complexum, & sine *πρω-
 σοποληψία* poenam constituit *Arithmetica* proportione, & ex lege
 talionis delicto eam commensurat. l. ii. de pæn. l. 22. C. ibid. Ta-
 men *Justitia* hæc legis executrix, seu *magistratus*, *instrumentum justi-*
tiæ, cum legem exequitur, & in concreto de poena personæ ap-

Liv. l. 1. c. 10.

Ib. l. 6.

B

plicanda

102
plicanda disputat, rem ad *proportionem Geometricam* reducit: nec tantum quid facto debeat, sed quid congruat personæ tam ejus qui deliquit, quam illius in quem commissum est, expendit & examinat. *l. 6. ad l. pecul. l. 9. §. fin. l. 16. ff. de pæn.* Quotiescunque enim de aliquo jure publico personis attribuendo agitur, toties ad hanc analogiam Geometricam recurratur in administranda justitia, necesse est: propterea quod *personarum ingenia, voluntates, dignitates, status, consilia, dicta atque facta inæqualia* sint, ut iis æqualia numero tribui non possunt. Unde natum illud quod vulgò dicitur: *Duo cum idem faciunt, non est idem.* Hæc ratione gravius in eodem delicti genere punitur servus quàm liber. *l. 10. l. 28. §. fin. de pæn.* famosus, quàm integræ famæ reus: plebejus, quàm egregius, &c. *Wes. parat. de just. & jur. n. 11.* Sed & propter publicam utilitatem stricta ratio insuper habenda. *arg. l. 43. ff. de relig. & sumpt. fun.* Poenæ enim sunt instar pharmacorum, inquit *Plato*, quæ non adhibentur, cum res videntur ita desperatæ, ut curari non possint, vel ejusmodi tempus sit, quod judicium ordinarium non permittat. *arg. 2. Sam. 19. 23.* Ergò differenda quoque poena in tempus commodius, si rei fuerint potentes, qui facile Rempub. turbare possent? Ita puto. Vid. *Jetus de jure princ. in jure. Francof. part. 1. d. 1. tb. 48. Hensler. de Execut. ll. ib. part. ult. p. 505. tb. 11. Amirat. disc. in Tac. l. 2. d. 7.*

Personæ, non causæ vel rei, tutor datur.] *§. 4. hinc. l. 12. de testam. tut.* Ratio vulgò hæc traditur, quia personæ pupilli potissimum per tutelam providetur, quanquam & rebus ejusdem simul consulatur. Et benè *Job. Ramus* principaliter, inquit, causæ vel rei tutor non datur, sed in consequentiam. Nam qui personæ tutorem dedit, etiam rebus necessariò dedisse intelligitur. *l. pen. §. 21. ff. de bon poss. sec. tab.* frustra verò fit per plura, quod fieri potest per pauciora. Econtrariò: qui rebus dedit tutorem, non potest videri sic personam etiam attigisse: cum non sic persona sequatur res, & patrimonium, ut ea personam. *l. 17. §. 1. de adopt.* Persona e. veluti dignior, & res ad se trahit: Et cum sit individua, sequitur ut etiam tutela ipso jure & natura sua individua sit. *l. 36. de admit. tut. Hottom. hinc.* Principaliter itaque tutori
incum.

incumbit necessitas providere pupillo, & ejus res bonaq; custodire. *Theopb. & Heig. hic.* Quomodo etiam Cicero ex Platone, ex modo tutelæ, totum Reipub. corpus gubernatori ejus defendendum esse, inquit. Nam *ut Sol & Dies non oritur uni aut alteri, sed omnibus in commune profertur:* ita quoque qui Reipub. præsumunt, totum corpus Reipub. curent oportet, atq; omnes eadem equitate contineant, commodaq; civium non divellant: ne dum partem aliquam tumentur, reliquas deserant &c. Sic Ahasverus Monarcha potentis. invitavit omnem populum, qui inventus est in Susa, à maximo usq; ad minimum. Neque in eo deliquisse videtur, quod pascendo populum, ejus observantiam & gratiam venatus: quandoquidem multum referat Regem amari & coli etiam ab infimâ plebe, id est, rusticis, agricolis & oprificibus. Nam populi initio Reges creaverunt, non Reges populos; & populi longè facilius absque Regibus consistere possunt, quàm Reges sine populis: & idcirco decet illos popularium tantam rationem habere, quantam habent optimi Parentes de liberis suis & tutores de pupillis. Nam Rex eligitur non ut sese molliter curet, sed ut per ipsum, ii qui elegerunt, bene beateq; agant. Plinius Junior. præcipuam boni Principis laudem putat, ut *Pater patriæ* vocetur; illudq; nomen beneficiis, humanitate, & pietate erga populum mereatur, antequam accipiat. Laudatur ab omnibus, *Augustus, Trajanus & Adrianus Imppp.* quòd vilissimorum & abjectissimorum causas per semetipsos audire, jusq; illis reddere non detrectârint. *Claudius & Ipse Rom. Imper.* cujusdam viduæ querelas audivit, & ejusdem lacrymas proprio linteamine deterisit. Arguentibus autem illum eâ de re aulicis, respondit: *Principis est humanitatis officia præstare, & populi patrem agere.* Sequimini qui ad clavum. Quia *ill us* demum Principis magnitudo stabilis fundatq; est, quem omnes tam supra se esse, quàm pro se sciunt. Vid. *Lips. pol. l. 2. c. 6. Feuardent. com. in Esib. p. 32. & Merlinus Homyl. 2. ib. p. 19. Amirat. d. f. in Tacit. l. 2. c. 11.* ubi prudenter asserit: *Non debere cives, qui majores honores obtinent, despiciere minores.*

Plin. pan.

c. 35.

Symm. l. 9.

ep. 1.

Cic. 1. &

2. off.

Esth. c. 1. v. 5.

Xenoph. in

memor.

Socr. l. 3.

Paneg.

Sen. conf. ad

Polyb.

TIT. XV.

De Legitima agnatorum Tutela.

B 2

CONTI-

CONTINUATIO.] Testamentariae tutelae succedit LEGITIMA (quod & testamento facto accidere potest §. 2.) quam Lex XII. tabb. *Agnatio* & quidem proximioribus defert. §. 7. *tit. seq.* Qui sunt cognati per virilis sexus cognationem conjuncti: qui enim per feminas cognatione junguntur, *Cognati* tantum dicuntur. §. 2. sed cum agnationis jus omnibus modis *Capitis diminutione* plerunque perimi soleat, §. 3. Cognationis vero effectus maximam duntaxat & mediam. §. 6. *tit. seq.* Interferitur *hic. tit. de Capitis diminutione.*

Disp. 2.
comm.

AXIOMA.] Dispositio hominis facit cessare dispositionem Legis. Et *Lex melius presumit de tutore, quem pater dedit, arg. pr. hic.* Praestat enim judicium & voluntas patris judicio legis aut magistratus propter *σοφην* naturalem, per quam omnium optime patrem liberis suis prospecturum existimatur. Et quanta sit parentum in filios affectio, bene & docte à *Xenophonte* declaratur in colloquio Socratis cum filio Lampridio; *Plutarchus* quoque de eadem re commentarium fecit. *Euripidis* est illud: *Cunctis hominibus liberi sunt anima.* Hinc existimes decretum fuisse sapienter apud *Aegyptios*, ut patres filiorum, si ita contingeret, interfectores nullam aliam poenam afficerentur, quam ut triduo continuo excubarent ante occisi filij cadaver. Nulla enim acerbior poenam puniri parentes existimarent, quam ipsam facinoris magnitudine, & conscientiam. Unde multi patres existere, quibus ex liberorum funere susceptus dolor manas intulit violentas; utpote immodicus. Quanti quanti igitur sunt, ultrò seipsum & totos filios praebere soleant. Ut merito de hac quaestione: *An in Electorali tutela, legitima sit preferenda testamentaria?* quid statuum addubitem? Haec quippe & aliae rationes testamentariam amplectendam esse suadent. Videatur *Riemer. dec. 3. q. 2. Haenon. d. 3. rh. 6. Treutl. vol. 2. disp. 8. rh. 3. a. Sc. Harpr. p. 532. n. 4.* An autem Parentes magis ament filios, quam amentur? Prius assero cum *Turtur. paral. Ethic. jur. Disp. 31. Ann. Robert. rer. jud. l. 1. c. 8. p. 155. Harpr. p. 509. n. 28.*

Q.

P.

TIT. XVI.
De Capitis diminutione.

CONTI-



CONTINUATIO.] Est autem **CAPITIS DIMINUTIO**, status prioris mutatio. *pr.* Et est vel *Maxima*, quâ quis libertatem civitatem & familiam simul amittit. §. 1. vel *Minor* sive *Media*, quâ quis libertate retentâ, civitatem & familiam amittit. §. 2. vel *Minima* denique, qua familia tantum mutatur. §. 3. Manumissione autem §. 4. nec non dignitatis mutatione, nulla fit Capitis diminutio. §. 5. De §. 6. & 7. Vid. *tit. præc.*

QUESTIONES.] I. An adhuc hodie ad supplicium capitale damnati fiant servi, & libertatem amittant? N. cum *Hunn. resol. q. 10. Gilck. ad l. 2. C. qui testam. fac. poss. Harpr. p. 546. n. 6. contra Gentil. & Gôdd.*

II. An Emancipatio adhuc hodie sit Capitis diminutio? §. 3. Aff. cum *Harpr. p. 550. n. 4. Bocer. cl. 1. d. 6. th. 21. contra Donell. & Pru. km. Vid. Cubach. dec. 10. q. 1.*

ANTINOM.] In §. 2. *bic* Aquæ & ignis interdictio, item in Insulam deportatio minori sive mediæ capitis diminutioni subjiuntur. Cum tamen in *l. 5. §. ult. ff. de extraord. cognit. l. 4. §. fin. ff. de grad. & affin. magnæ*, quæ libertatem adimit, ascribantur. Vid. *Riemer. Dec. 3. q. 6. Ulngeb. Ex. 4. q. 6. Giph. Antin. p. 89. & Dd. bic. Harpr. p. 548. n. 5.*

DIGRESSIO.] I. Status prioris mutatio non facile admittenda. *arg. pr.* Regnantibus certè non expedit mutationum crebritas: Præsertim si civitatem, aut regnum pactis aut conditionibus quæsierint, nequaquam ipsorum statum & privilegia, tantum ut omni ex parte domini videantur iuvertere decet. Nam præterquam quod ea, quæ jure non potes, aggredieris; non video, quomodo consilia ista volventibus annis utilitatem tibi paritura sint: quemadmodum sapientissimè *Rubertus Sicilia Rex* ducem Athenarum Florentiæ dominantem commonuit: Quod enim dominatum cepisset, silentio tramisit, quia consensu populi id transactum esse existimabat, sed quia statum immutare satageret, hæc ad eum scripsit: *Ad nos perlatum est à te Magistratum, qui Priorum nomine vocatur, ex vetere populi palatio propter ipsos edificato, extractum fuisse, proinde illic eos restituas: tu verò in eo palatio, ubi filius noster hospitabatur, divertito: & paulò*

B 3 post



- Villani lib.*
12.
Liv. l. 44. post: *Quasi efficere neglexeris, tuam salutem longevam fore, nobis minime videtur, quemadmodum ei contigit.* Unde *Philippus Macedoniae Rex* singulis diebus bis suas cum Romanis pactiones sibi prælegi curabat: Quod idem Macedonico regno utilissimum institutum *Onesimus Macedo* vir domi nobilis; ut *Perseus filius* prosequeretur, suadebat. Sed absoluta dominandi libidine inflammatus ille, qui neque patrium Statum retinuit, & fide præstantis hominis sui consilium rejecit, *regnum cum libertate, vitamque miserimè pessum dedit.* Observetur pulcherrimum hujus rei exemplum in *Germanico*, qui, ut socias Athenas honoraret, non amplius, quàm uno lictore, eam civitatem obambulans, usus est. Et laudabiliter non minus, quàm prudenter egisset *Philippus*, cum Argos ingressus, diadema, purpuramq; deposuit, æquo jure cum omnibus tractans, nisi hoc probè factum plurimis sceleribus commaculavisset. Laudatur ab antiquis *Thiropompi regis Spartani* dictum memorabile: Qui exprobranti uxori, quod instituto Ephorum magistratu majestatem ipse suam minuisset; respondit: *Minus se imperium relinquere, sed diuturnius.* Verum est, quod veteres dixere: *Repub. omnem certo concentu teneri, eoque dissoluto corrumpi:* quem ego concentum non fidium ac sonorum, sed verò Principis cum populo, populi cum Principe, ac Ordinū inter se benè temperatam concordiam interpretor. Diversa enim sunt pacta, & conditiones, quibus populi, sive Respub. statum suum Principibus, subjiciunt: has a. mutare neutiquam decet; neque enim Populus, nisi lege cautum sit, cogendus est ad arma sumenda, neque debet externis bellis implicari, si ad domestica tantum obstringatur, quemadmodum *Thraces*, quia antiquis Regibus suis talia nunquam obsequia præstitissent, negabant delectum militum Romanis: quippe *soliti, si mitterent auxilia, suos ductores præficere, nec nisi adversum accolas belligere.* Sic cum *Romani* auxilia in delectum mutarent, dilectum ipsum non modò avare exercebant, sed, quod minimè ingenuis ferendum erat, stuprorum contumelia onerarent, fecere *Batavi* quod viros fortes decebat, ut arma sumerent, quibus & Statum & pudicitiam tutarentur. *Causas* ostendit *Civilis:* *Neque enim societatem, ut olim, sed velut mancipia haberi.*
- Tacit. ann.*
l. 25
Plutarcb.
- Tac. l. 21.*
- Tac. hist 4.*

haberi. Ergò iusta se arma contra communes dominos cepisse. Libertatem natura etiam mutis animalibus datam. Ergò pulsum Batavorum insula Romanum nomen: Ipsi magna per Germanias Galliasq; fama libertatis auctores celebrabantur. Itaque ego pro fundamento regni capio, ex consilio sapientissimi Augusti, qui initio principatus, teste Sueton: Omnimodò nixus est, ne quem novi status pœniteret. Vid. Scip. Amirat. disc. 5. in Tac. l. 1. Grotius de antiq. Reip. Batav. & Disp. praced. tit. 8. axiom. 7. Clapm de arcan. Rerump. l. 2. c. 23. Heig. q. 5. part. 1. Gruter. disc. in Tacit. p. 19. & p. 150.

II. Proximiior præferendus remotiori. arg. S. ult. Unde cives & originarii, si idonei haberi possunt, exteris & remotioribus præferendi omninò videntur, cum & illi mores ac instituta patriæ, & popularium magis calleant, & pro naturali in patriam amore majori sedulitate & fide administraturi censeantur. Toloff. 4. de Rep. n. 9. & 10. Uti & ord. Cam. Imp. p. 1. tit. 4. S. wo aber. originarij cujusvis provinciæ, extraneis præferuntur. Rectè itaque Otto III. Imp. speciale lege cavuit, ut soli Germani Imperatorem eligant, & non alium eligant quàm à Germanis parentibus natum. Cuspin. in Ott. 3. Est enim virtute Germanorù partum imperium, & inconueniens est, ejus summâ dignitatem alienis communicare, qui pro ejus constitutione & assertione labores nullos sustinuerunt. Absurdum imò esset, Germanos Principes eligere Imperatorem posse; & tamen in gente suâ Imperatorem non invenire: ut ita fontes ipsi sitire, & Germani extra Germaniam quæri & investigari debere videantur. Imperabit Germanis pro capite, qui cum membris nullâ necessitudine jungatur? Patriæ utique optimè consulere, velle judicantur, qui ex ea dignitatibus præficiuntur; iidem rectius, jura, leges & statum Patriæ nosse præsumuntur, neque quicquam labis extraneæ in solum genitale traducere velle, &c. Heig. part. 1. q. 5. Probat idem mos aliorum Regnorum, quæ extraneos non tantùm non in summâ dignitate sui Imperii, sed neque in minoribus Regni officiis ferunt: Imò plerunque in legibus suis cautum habent, ne ad munia publica extranei admittantur. Gentil. de regn. par. 1. theor. 3. Sed & hic peccamus. Ut vulgò remedia quedam ab Afris aut Indis petita aestimamus: sic plerumq; externa ingenia præferuntur internis. At non oportet. Primum,



mum, quia ab hâc re turbæ. *Indigenæ* haud facile concoquunt, in
 sua Repub. plus aliquid credi aut tribui alienis. Inde Livor, quæ-
 stus & averfio quædam animorum. Quod exemplis omnium se-
 culorum illustres annalium conditores affatim ostendunt. De
 Pausania refert *Tucid.* eum inter alia maximè exosum apud La-
 cedæmonios reddidisse, quod iter facientem Medi Ægyptiique
 stiparent. Sic *Vononis* Græci comites irridebantur à Parthis *Ju-
 lio Casari* quantum odii conciliaverint peregrini in Senatum le-
 cti, prodit *Sueton.* c. 80. II. Quia rarò illi morum, ingeniorum,
 & totius Reipub. status periti. *Ad consilium autem de repub. dandum,*
caput est, nosse rempub. III. Quia etiam si iis peritia, vix tamen affe-
 ctus aut fides. Et quî potest in alienam rempublicam? in quâ
 semper illud cogitent: *Mibi istic nec servitur, nec metitur.* Itaque ad
 commodum suum, aut arbitrium proximiorum videbis pleraq;
 ab iis referri IV. & ultimò, quia usu compertum cõsilia externa fe-
 rè esse infauſta. *Alexander* malè audire cæpit, cum Persas audiit:
Romani labi, cum Græcos & Exteros. Estatum hoc est summi
 Politici: *Ut in quam domum vespillones veniunt, signum est funeris:*
Sic Reipub. labentis, ad quam fulciendam adhibentur Peregrini. Vid.
Lips. pol. 3. c. 4. & in not. Don. Erucl. Hillig. l. 18. c. 2. l. Schönb. pol.
l. 5. c. 33. Buxtorff. ad aur. bull. diss. th. 29. Mynsing. 4. O. 30. Resold.
class. 2. disp. 3. pol. th. 6. Sed an fœderibus ab ordinariâ jurisdic-
 tione quis eximatur? Vid. *Victor. de causis Exempt. conclus. 21.*

TIT. XVII.

De Legitima Patronorum Tutela.

CONTINUATIO] Tutelæ autem legitime tres hîc refe-
 runtur species I Est PATRONORUM: quæ ex interpretatione
 Legis XII. tabb. ob spem scilicet successionis Patronis, eorum-
 que liberis in libertos impuberes defertur. hîc.

DIGRESSIO.] Ubi onus ibi & emolumentum hîc.
 Si prudentior rerum Natura *Virtutis* possessionem ita sublimem
 in arduo collocasset, ut ejus hostes, *invidia & inscitia*, nullo jure e-
 am sibi vendicare possent: Geniique melioris hominibus ipsius ve-
 nustatem

nūstatem corporeis oculis intueri concessum esset, mirificos illa
 sui amores apud generosas mentes excitaret: sicuti ex aduerso in-
 scitiæ deformitas justam animis detestationem ingeneraret. Nunc
 autem vivimus in seculo quàm imperito, tam virtuti alienæ &
 gloriæ infesto; ut maximæ parti mortalium opus sit quibusdam
 illecebris, quibus invitentur ad amplexandam virtutem. *Paucis*
enim Deus talem animi magnitudinem, & invictum aduersus impro-
borum furias robur indulgit, ut solo rectæ conscientie pretio ducti, ad
fructuosissimum hunc Virtutis & Justitiæ thronum, ad individu-
um honoris & famæ contubernium pergerent. Itaque opus qui-
busdam illecebris Majores esse deprehenderunt, quibus invita-
rentur ad amplexandam virtutem, & ita quodam quasi auctora-
mento alligati vitiorum desertores existerent. Flexibiles enim sunt
mentes bonorum, quamcunque in partem clementi & benigna via du-
cuntur. Hoc sine gentilitas non minus *Virtutis* ædes erexit, quàm
Honoris adjunxit. Hoc sine Maximi Imperatores litteratis, Pro-
 fessoribus atque Magistratibus multa magnaq; privilegia ac im-
 munitates induiserunt, eos *amicos, fratres, imò & Patres* nomi-
 nantes. Et merito! *Dignum namq;* (inquit sapientis. Fridericus
 in Auth. habita C. ne filius pro patre) *existimamus, ut cū omnes bo-*
na facientes nostram laudem & protectionem omnimodo mereantur:
quorum scientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum DEO
& nobis, ejus ministris vita subditorum informatur. Quadam spe-
ciali dilectione eos ab omni injuria defendamus. Quis enim eorum non
miseretur, qui amore scientie exules facti de divitiis pauperes, se-
metipsos exinanunt, vitam suam multis periculis exponunt, & à
vilissimis sepe hominibus (quod graviter ferendum) corporales in-
jurias sine causa perferunt? Benè! Nam virtutum præmia tri-
bui merentibus convenit; quæ quasi excitatio & conservatio
desiderii virtutis sunt. Tribuenda (inquit Cassiodorus) justis
laboribus compensatio meritorum: Quia exprobrata militia cre-
ditur, quæ irremunerata sentitur. Etenim Princeps dum homi-
 num promerita nullo afficit honore, eadem operâ parvi facit, at-
 tenuat, contemnit. Et qui de Repub. optimè promeritos (aut
 promerendos, quia *cingendus habetur pro jam cincto*) suo præmio
 defraudat, bonas artes privat suo alimento. *Lac enim totius Eru-*
C
ditionis

l. i. Ep. i.



110.
Cic. 1. Off.

ditionis honor est, sive primum. Et nihil certè indignius censeretur debet, quàm si isti, quibus Reipublicæ partes concreditæ, arg. S. ult. sup. proem. iisdem muneribus obstringi & obligari velimus, quibus viles & plebejos quosvis subesse oportet. *Est enim proprium munus magistratus intelligere se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem & decus sustinere: servare leges, & jura describere, & fidei sue commissæ meminisse.* Epictetus ab Adriano interrogatus quid esset Senatus? *Ornamentum, ait, urbi & splendor civium.* Ego quid Seminarium Eruditionis & ordo tam docentium quàm discipulorum? *Doctores enim quasi splendor firmamenti lucere, & tanquam luminosæ candelæ universi Orbis corpus, profligatis errorum tenebris, velut sydus matutinum, & stellæ in omnem æternitatem mansuræ irradiare dicuntur.* cap. sup. spec. Extr. de Magistr. c. ex eo de elect. in 6. Unde Sigismundus Imp. ad Ludovicum Palat. dixit: *Es sey ein recht Fürstlich werck/ihmedas studieren vnd gute Künste lassen befohlen seyn/nicht allein darumb/dieweil nach dem solche bey vns zublühen angefangen/Deutschland angehaben / die Augen des Verstandes auffzuthun / sondern auch niemand ohne Lehr vnd geschicklichkeit recht regieren könne.* quæ verba Principem istum ad eò commoverunt, ut operam literis, etiam si jam ætatis provectioris, dederit. Sequimini qui ad clavum Reip! Vid. Wovver. in polymath. e. 1. Turturett paral. Et hic. Jurid. p. 227. Robe. rer. jud. l. 2. c. 11. Zinegr. in Adag. Germ. p. 64 Wanckel. in Horol. princ. prefat. Bornit. de pram. c. 1. Besold. class. 2. d. 2. Polit.

II. Ex lege est, non solum quod ex verbis legis descendit, sed etiam quod ex mente ac sententia, *hic. vers. sed quia.* Si enim ratio legis, anima ejus est, nec magis lex sine ratione, lex dici potest, quàm exanimatum corpus, homo. l. 47. ff. sol. matrim. iusta ratio non patitur, ut legis mente & sententia neglecta, nudis atque aridis in hæreamus verbis. Et cum in paribus causis paria jura desiderentur. c. unic. de allod. quid vetat, ut à similibus ad similia progrediamur? l. 12. & 13. ff. de ll. Sic lex. 12. tabb. proximo agnato tutelam defert, quia eidem dat successionem. Sic Patrono defert successionem in bonis liberti: ergò & tutelam non quidem expressè, attamen tacitè ex ipsa sententia, cum ibi
onus.

onus tutelæ plerunque velit esse, ubi emolumentum successionis. Sic & *fiduciaria tutela*, neque ex verbis, neque ex mente legis 12. tabb. neque etiam ejus occasione, sed per interpretationis oportunitatem originem accepit. *hic*. Et quia *uxor corruscet radiis mariti* ac in unâ carne esse dicuntur; *viduarumq; præmia multa*, eaque insignia fuerunt, meritò & ipsis, etiamsi a pertâ lege destitueremur, maritorum privilegia non deneganda: *arg. Auth. in præc. axiom.* Modò æternam mortui mariti memoriam colentes amorem mutuum perpetuâ viduitatis castitate rependant. *Quæ D. Cypr. unam domum novit, unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. tract. 3. de Imò & eorum liberis!* Modò hi parentum vestigiis insistant; atq; tunc præ cæteris ad dignitates quoq; admittèdi. *arg. l. 11. & l. 22. C. de advoc. divers. judic.* Cujus rei *Theodoric. Rex* fuit observantissimus, ut parentum virtutes honoribus afficeret in filiis superstitionibus: ad quos deducebat dignitates per parentum merita, tanquam per rivulos: *Non enim, ait, relinqui inglorios patimur, qui generis claritate prædicantur: Currat quinimò bonorum gratia per parentes: sub imperio boni Principis omnium fortuna proficiat.* Idem *Venantium* quendam ob paterna merita ad honores provelit, in cujus laudem, & parentis memoriam, post multa illud addit: *Verum ut de plurimis pauca sufficiant, probavit de se tanta, ut eligeretur ejus posteritas inexplorata.* Et altera ab hac Epistola: *Perpendite, inquit, P. C. si hanc sobolem irremuneratam relinquere debuimus, cujus auctorem tot eximia fecisse retinemus.* Adeò ut ex *Gothicæ Reip.* institutis filius nullo suo quamvis innixus merito, sed emortui parentis intuitu beneficia à Principe consequeretur. Sed cum *domesticum* illud regimen constitui commodiore viâ non possit quàm servis in œconomia existentibus, qui cum *Paterfam.* non semper suis ipsi possint præesse negotiis, eorum vicem subeant: Meritò ista quoque privilegia ad nuntios famulos, atq; ministros Professorum, studiosorum, tanquam instrumenta suorum dominorum animata, & ratione prædita, modò ad nutum eorum adsint, iisque solis honestè serviant, & velut accessio illorum sint, extendenda sunt. Et sicut *omnes stare debemus tanquam in orbe litterario*, ita & æquum est, ut nulla penitus facultatum aut studiorum fiat discre-

Quæ D. Cypr.
tract. 3. de
simpl. præl.
arg. l. 11. & l. 22. C. de
advoc. divers. judic.
Cassiod. l. 2.
ep. 2.
Id. l. 2. Ep.
15. & 16.
Arist. 1. Pol.
c. 4.



discretio, sed ad omnes omnino Professores & studiosos privilegiorum admittatur extensio. *Sua cuiq; secundum gradus prerogativam dignitas, sicut in Rempub. studium.* Omnes sumus membra unius corporis. *Godd. ad d. l. 6. p. 170. n. 11. Robert. rer. jud. p. 422. Turturett. paral. Et bic. Jur. p. 245. Schön. l. 1. Fol. c. 9. Giessen. de vita Acad. tb. 12. Reinking. de reg. sec. l. 2. cl. 2. c. 1.*

Lucian. in Hermot. part. 1. p. 549

a. Cic. ad Q. fr. Ep. 1. Cic. ad Att. l. 2. ep. 20.

Sen. Thyest.

III. Mens non verba æstimanda. *arg. ib.* Momus Vulcanum Hominis architectum increpavit, quod ipsius in pectore non fecisset ostiola, quibus apertis, innotesceret omnibus, quid vellet & cogitaret, an mentiretur, an verum diceret. *Nimis enim multis simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam ob-*
tenditur uniuscujusq; natura. Frons, oculi, vultus, per sepe mentiuntur, oratio verò sapissimè. Ut meritò Pragmatici homines, omnibus historicis præceptis, versibus denique cavere jubeant & vetent credere. Et Canonberus disc. in Tacit. p. 218. inter regulas aulicas & hanc ponit. *Primum, inquit, illud tecum statuito, ne quid cui credas, quantumvis in speciem amico, quantumvis arridenti, complexanti, pollicenti, pejeranti, nec quenquam existimes tibi ex animo amicum.* Itaque amici & fidi videntur, circumspice: *O vita fallax, abditos sensus geris!* Decipiunt enim verbis, literis, Legatis: Hinc illa definitio: *Legatus est vir bonus, peregrè missus ad mentiendum Reipub. causa.* Honor. *Wothon. Regis Angliæ Legatus in Philoth. Christ. Flechamer.* Atq; adeò ipsos Legatos: *liq; per quos fallere alium cogitant, falluntur.* Anonymi cujusdam hæc verba extant in Actis pub. Londorpii. p. 340. *Er hat zum höchsten seiner Herrschafft sonderbahre gegen vns tragende affection gerühmet / Ingleichen haben wir auch gethan / wort mit worten vergolten / tapffer einander zuge-truncken vnd vns gestellet / als glaubten wir alles / was er vns vorgelogen.* Cum itaq; verba honoris aut curialitatis (*Hispani, Palabras de complimiento, vocant*) nil obligent, nil alterent, nil mutent. *Zoann. de Rom. Imp. n. 77. Marpurg. consil. 23. n. 3. vol. 2.* Dann Titel kosten kein Geld / *supina sui ipsius foret illusio, si quis ventosæ vocum pompæ, splendidisq; appellationibus fidendum putaret. Bodin. l. 2. rep. c. 4. n. 199. Si quis enim (Verba Parladorii sunt:) officij aut urbanitatis causa omnia bona vel aureos montes pollice-*

*pollicetur, non obligatur. l. 2. ver. quotid. c. 3. n. 45. Et Boerii ista: Verba
 ad complacentiam prolata serviunt de vento, nec ullam obligationem
 inducunt. decis. 153. n. 37. Atque hæc humanam prudentiam si consi-
 deramus, probantur; Ubi decipere pro moribus temporum Pruden- Plin. l. 8. Ep.
 tia est, adeò, ut hæc consuetudine jam pro nibilo habeantur. Quid Sallust. Jug.
 tamen rectam illam divinamque legem si consideramus? Ab-
 nuere illa nobis videtur: & à simplicissimo ac purissimo Deo hæc Prov. 3.
 effata manârunt: Abominatio Domini est omnis illusor. Item: Ne Eccles. 7.
 velis uti mendacio ullo. Quid obtendis tu Politice? Publicum bo-
 num? sed enim vir sanctus occurrit: Et Mentiri, inquit, non licet Augustin.
 nec pro Dei laude. Tu pro humanâ aliquâ reulâ aut gloria vis? Ep. 8.
 Vide, vide (ut invertam tibi dictum vetus) ne dum terram defen- Demades.
 dis, calum amittas. Valeant igitur: Qui composita dicta è pectore
 evolvunt suo, qua cum componas, dicta factus discrepant. Maneat sua Attius.
 versutia Pœnis, calliditas Græcis, antiquis Romanis virtus, ac
 nostris Germanis suus condor, cum fide, (re ore, corde) quæ ad-
 huc ipsis restat, intemerata. Vid Lips. pol. l. 4. c. 14. Vietor de Ex-
 empt. Imp. concl. 37. Jetus de jur. princ. in jur. pub. tb. 81. Staplet. in
 orat. An Politici sint Christiani? Turturet. paral. Et b. Jur. diss. 25.*

TIT. XVIII.

De Legitima Parentum Tutela.

CONTINUATIO.] II. EST PARENTUM; cum Parentes
 liberorum suorum, quos impuberes emancipârunt, tutelam ge-
 runt. *bic. t. t. ff. de legit. par. tut. l. 3. in fin. de legit. tut.*

TIT. XIX.

De Fiduciaria Tutela.

CONTINUATIO.] III. FIDUCIARIA, quæ est tutela
 fratrum perfectæ ætatis in fratres impuberes emancipatos, defun-
 cto parente tutore. *t. t. l. 4. ff. de legit. tut.* Ideò sic dicta, quod jus
 fiduciam habet de harum personarum fide & affectu germano, i-
 stas pupillorum rebus optime consulere & posse & velle. Vid.
sup. axiom. tit. 15.

ANTI N O M.] I. Etiam ante Justinian. obtinuit, ut non admit-
 teretur minor ad tutelam. *bic. vers. idem. l. 16. §. 1. ff. de tutel. l. 4.*

§ 8. ff. de legit. tutor. l. 19. §. 7. ff. de Excus. tut. Et tamen hic sibi illud adscribit. ult. C. de legit. tut. Matth. p. 58. Don. En. l. 3. c. 3. a. II. Tribon. Imp. præcepisse asserit: ut in omnibus tutelis hoc observaretur, cum tamen non præceperit in tutela testamenti. d. l. ult. Matth. hic. Bach. ad §. 13. de Excus. tut.

Sallust. ad
Cæs.
Symm.

DIGRESSIO.] Amor Nationis & Sanguinis fiduciam nutrit. arg. b. r. Itaque non sunt audiendi importunissima genera Exterorum hominum, qui tot miserorum civium sanguine satiari nequiverunt. Amor fiduciam nutrit. Nam & nos non dico homines sumus, etsi hoc unum nomen ad immanitatem belli detestandam satis esse poterat; sed Germani sumus, hoc est, fratres sumus: sed multiplici Cognatione devincti sumus invicem:

Tac. 5. hist. 1.

imò quod omni cognatione validius est, Christiani sumus. Et etiam si inter nos, ut sunt solita inter accolos, propinquos, fratres, odia, dissidii aliquid intercesserit: Alii autem cum sint, qui è nostris hisce dissidiis, ut è stultitia litigantium rabula, rem facere cupiant: quorum quidam nostras opes atque fortunas, quæ inter civiles discordias ferro validiora: quidam etiam Libertatem forsam,

Tac. 2. hist. 5.

fortunis omnibus imò vita potioem, adfectant. Quid ergò? num importunissimis his arbitris nos nostraq; permittemus? an non potius hiantibus eorum cupiditatibus elusis tentata per amicum congressum compositione discordiarum cupimus renovaridextras, Pacemq; Religiosam & Profanam, quo penè uno vinculo compages Imperii Romano Germanici cohaeris haectenus, iterum firmari? non nihil alter alteri cedentes: Æquitate quàm sanguine, caussa quàm armis retinere majoribus parte malumus, & aliqua servare, quàm omnia perdendi discrimen adire. Non enim solum spectandum est, quod velimus assequi: sed quantà bonarum rerum jacturâ, quantis periculis, quantis calamitatibus, sumus assecuturi, ut vel maximè assequamur. Nam Bellorum civilium bisemper exitus, ut non ea solum fiant, quæ velit victor, verum etiam, ut iis mos gerendus sit, quibus adiutoribus parte est victoria. Et reipsâ quid scelerum ab eo abest? quæve humana superant, aut divina impolluta sunt? Castra ex unâ parte cõtraria, & parentum liberorûq; sacramenta diversa. — Videre parentes Frontibus adversis fraternaq; cominus

2. Ann. 58.

arma:

15. Ann. 2.

Cic. 12. Ep.
ad fam.
Ep. 18.
Sallust.

Sen. 2. de ira.
Lucan. 7.

Sen. 2. de ira.
Lucan. 7.



arma: Cognat asq; acies. Quid cladium non ei inest? Cruciatu virorum illustrium, vastae urbes fugâ & cadibus, civium miserorum bona, quasi hostilis præda, venum aut dono data. Ad summam! Licet de omni republica præfagias, quod Crispus de suâ: Ego sic existimo, quoniam orta omnia intereunt, quâ tempestate urbi Romana factum exidii adventarit, cives cum civibus manus conferturos, ita defesos & ex sanguine regi aut nationi præda futuros. Aliter non orbis terrarum, neq; cuncta gentes conglobata, movere aut contundere queant hoc imperium. Itaque Ille nefarius & sine gente tribuq; mihi esto, Hom. Il. d. Qui Civile cupit ferum & execrabile bellum. Ad te, caeleste Numen, qui non Deus es dissensionis sed Pacis: breves hæc, sed calidas preces converto: Dissipa gentes qui bella volunt: Super nos autem cogita cogitationes Pacis, & non afflictionis: ut des nobis finem & patientiam: & invocabimus te & vivemus. Vid. Lips. Pol. l. 6. c. 1. & c. & Cl. Bernegg in notis nondum editis. Band. de induc. p. 30. Belg. p. 3. Bereng. tub. pac. p. 9. & 372. Schönborn. pol. l. 7. c. 16. axiom. 2. tit. 16. supr. Sed an domesticus miles externo mercenario præferendus? ex predictis assero. Misera e. est Respub. & precario imperat, quæ auxiliis inberet alienis; quæ suam salutem extraneis hominibus, haut suis civibus committit, vel non committere audeat. Albus. pol. c. 32. p. 557. Boddin. l. c. 5. Besold. class. 2. Dissp. 7. lb. 2. Gerb. dec. 7. q. 3.

1. Cor. 14.

v. 33.

Jerem. c. 39.

v. 11.

2.

TIT. XX.

De Attiliano tutore, & eo, qui ex lege Julia

Titia dabatur,

MEMBRUM I.

Continens Continuationem.

Cessante Testamentaria & Legitima, locum habet Dativa, (unde & tutores dativi. l. 7. ff. rem. pup. sa. v.) quæ à Magistratu, cui id iure pro ratione mutatae subinde Reipub. concessum est, constituitur. pr. §. 3. 4. 5. Non solum ei, cui nullus omnino: sed etiam quando tutor testamento datus aut legitimus gerere non poterat. §. 1. Aut tutore ab hostibus capto. §. 2. Finis autem omnis tutelæ est, ut, qui per ætatem le tueri nequit, alterius tutela regatur. §. 6. Ac ne damnum quoddam pupilli exinde sentiant, tutores finita tutela rationes reddere tenentur. §. fin.

QUAE-

QUÆSTIO.] I. An Tutelæ datio sit jurisdictionis, an Imperii? Neg. sed Legis per l. 6 §. 2. ff. de tutel. Vid. Hæn. d. 3. tb. 8 Först. d. 4. tb. 8.

II. An tutor teneatur de levissima culpa? Neg. cum Först. d. 4. tb. 9. Hæn. d. 3. tb. 23. Harpr. p. 571 n. 4. contra Accursus & Giphani.

ANTINOM.] In §. 4. hic dicitur: Quod Prator det tutorem secundum jurisdictionem suam. l. 13. §. fin. de excus. tut. l. 3. pr. de postul. Et tamen in l. 6. §. 2. ff. de tutel. Tutoris dationem neque Imperii neque jurisdictionis esse asseritur. Vid. Scip. Gent. de jurisd. l. 1. c. 85. p. 65. Treutl. part. 2. Disp. 8. tb. 1. e. Riem. dec. 3. q. 5. Ungeb. Ex. 4. q. 7. Martin. contr. tb. 96. & quest. 1. b. 1. Harpr. p. 564 n. 11. & 20.

DIGRESSIO.] Difficultates hominum rescandæ.
 §. 5. Nam *Litium diuturnitatem* nemo Principum ita æquis intueri oculis debet, ut inexpiabilis odij segetem eam esse dubitet. Non enim auctor aliquis è vulgo, sed Rex sapientiæ ac culmen *Aristoteles* inter alia conservandæ Reipub. præcepta sedulo hortatur, ut *publica judicia semper sint & fiant paucissima*. Quod clarius expressit *Plato*: *Non fuerint concordēs aut inter se amantes unquam cives, ubi multæ lites judiciales sunt, sed ubi eæ brevissima & paucissima*. Brevissimæ, ait, non corniculis vivaciores, aut cervorum ætate diuturniores. Quæ injuriâ (*siquidem tardè justitiam administrare, & planè non administrare, paria veteres judicârunt*. Auctor. *Parthen. litig. 1. 1. 24.*) in inlontes inopesque major quæ possit cadere, non invenio. Haud paucos enim videre est, qui immani dilatione pereundi metu, cavillæ suæ bonitatis cæteroquin secari, ubi cum Sumptibus est molestiarû ratio, gravius putant sic vincere, quàm confestim damnari. Nam qui in divitem inimicum pauper inciderit, tam longo & sumptuoso itinere conficitur: procumbitq; deinde lassus, nec recuperato jure inultus, æmulo minus suo quàm huic proluxæ æquitati irascitur. *Barctsi. Argen. lib. 3.* Immo cum, qui injuriam prohibendi facultate instructus eam non arceat, approbare videatur, in Principem dehinc omnis convertitur ira. Id quod *Vari Quintilij*, cujus jura Germanis sæviora armis fuisse notat *Florus*. 4. 12. 32. exemplo sole meridiano clarius evadit. Omnium igitur ætatum clarissimis Principibus cordi fuit, ut morbo huic gravissimo

limo mederi & difficultates hominum refecare queant. *Octavius Augustus* diuturnorum reorum, & ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quæreretur, nomina abolevit: conditione proposita, ut si quem quis repetere vellet par periculum, pœnæ subiret. Præcipuè autem Imp. *Justinianus* l. 13. C. de judic. ait: Properandum nobis visum est, ne lites fiant penè immortales, & vitæ hominum modum excedant. Sic Imp. *Zeno* l. 12. C. ib. Omnes magistratus & iudices compendiosè lites decidere jubet. A Principe enim in primis *Justitia* flagitavituram *Valentinianus* Imp. rescripsit apud *Zonar.* tom. 3. p. 25. 50. Vid. *Lips pol.* l. 2. c. 11. *Benegger.* in diss. de odio subdit. tb. 14. *Besold.* diss. 2. Pol. class. 2. tb. 29.

II. Religiosissimi Antistites muneribus quoque publicis adhibiti, s. 5. hinc. Si velimus oculos parumper in historias conjicere, id ita apud plerasque gentes observatum fuisse videbimus. *Ægyptiorum* mos erat, Philosophos & Sacerdotes suos constituere reges, ut ex *Platone* notat *Marsil. Ficin.* in pref. lib. *Trism.* Unde apud *Tertull.* adversus *Valent.* *Hermetem* legimus appellari, & maximum Sacerdotem & maximum Regem. In *Aritia* regnum erat concretum cum sacerdotio *Dianæ*. In *Cappadocia* regnum quoque adhærebat templo *Dianæ*. *Hirtius* in bell. *Alex.* Et *Mida* Rex *Phrygiæ* inauguratus legitur sacris *Orphei*. *Justin.* lib. 11. *Æthiopes* reges suos deligebant ex numero Sacerdotum. *Diodor.* l. 3. c. 1. Sic *Romæ* post ejectos Reges, Rex sacrificulus creabatur ad faciendum ea sacra, quæ nisi à Rege fieri non poterant. *Livi.* 2. *Gell.* l. 10. c. 15. Cui tamen, ne omninò ullam regis potestatis suspensionem præberet, interdictum erat, magistratum ullum habere, sive in pace: *Plutarch.* prob. c. 63. sive in bello. *Halyc.* l. 2. *Titus Vespasianus* Pontificatum maximum idè se professus est accipere, ut puras servaret manus. *Suet.* in *Tito.* c. 9. Sic olim *Germani* cum in aciem prodissent, nemini nec animadvertere, neque vincere, nec verberare, nisi sacerdotibus permittebant velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credebant. *Tac.* de mor. *Germ.* Tantum tribuebant sanctitati & integritati eorum, qua de causa & *Romani* olim legum custodiam & interpretationem & actiones

D

secun-

113.
secundum eas, pontificibus relinquebant, l. 2. §. 6. de O. 7. Rati-
eas nunquam sanctius custoditum iri, quam ab illis, quibus reli-
gio omnem fraudem exemerit. Unde & postea Imperatores in-
tegritati Episcoporum tantum tribuerunt, ut liceret, qui vellent e-
orum æquitatem potius experiri, quam rigorem legum. Sic jus-
dicunt Episcopi Clericis Monachis, oconomis. l. 2. 7. & 14. C.
de Epif. aud. Pauperibus. l. 1. C. ib. aliisque miserabilibus. l. 19.
& c. C. ib. Et iis, qui eos ultrò judices optaverint. ib. *Wes. in par.*
C. h. t. n. 2. Quia verò notio sola elutória est, nisi facultas coer-
cendi conjungatur. l. 2. de juris d. concessum simul fuit, ut levio-
res pœnas Ecclesia potuerit infligere, sicut & Pontifices Romano-
rum peccantes multabant. *Halyc. l. 2.* Ita removet ab officio. c.
presbyter. 2. q. 5. c. si quis vid. dist. 50. c. presbyt. dist. 28. conjicit in
monasterium. c. si Episc. dist. 30. tradit curiæ. c. Cleric. 3. q. 4. si quis
fac. c. statumus 11. q. 1. & progrediente tempore, progressa est ad
carceres. c. quamvis de pœna: in 6. Item ad exilia. c. 1. de calum. &
usque ad supplicia corporis. c. ante omnia. dist. 35. c. conspirat. 11.
q. 1. c. 1. 23. q. 5. Ita ut penè Status Imperii ab ipsa destructus sit.
Ferrar. in sua pract. f. l. 2. n. 68. Interim tamè si quis rationes paulò
attentius velit considerare, facilè videbit, nec convenire dignitatè
Ecclesiasticæ, nec profuturum vel Ecclesiæ, vel Respub. si quis ut-
rumque officium promiscuè usurpare velit: *Quanam tibi, inquit*
Bernh. l. 1. c. 5. confid. aud Eugen. major viderur dignitas & pote-
stas, dimittendi peccata, an prædia dividendi? sed non est comparatio.
Habent hac infima & terrena judices & reges & principes terre. Quid
fines alienos invaditis? Quid falcem vestram in alienam messem exten-
ditis? Non quia indigni vos: sed quia indignum vobis talibus insistere?
quippe potioribus occupatis. Vid. Arnif. de exempt. cler. p. 15. & 69.
Heig. 1. q. 4. n. 57. Gerhard. loc. Th. tom. 6. p. 810. & 832. Steph. de
jurisd. l. 3. part. 1. c. 1. n. 7. Jac. Martin. pol. p. 645. & 660. Vietor.
de exempt. concl. 3. & 32. Riem. disp. ad Inst. dec. 3. q. 3.

III. Naturali juri conveniens est, ut is, qui perfe-
ctæ ætatis non est, alterius tutela regatur. §. ult. Multi
quidem sunt pueri, vel adolescentes ætate immaturi, qui opti-
mam indolem solidamve eruditionem usque ad miraculum o-
stendunt

stendunt. *Experientia tamen compertum est, istam sapientiam saepe evanuisse, ubi ex ephebis excessere: Imò quanto ætate facti provectiores, tanto in rebus humanis evasisse rudiores. Hoc ingeniorum velut præcox genus agnovit Oratorum institutor. Quod si pueris insit aut insanos fore, aut non diu victuros observarunt prudentes viri. Inprimis Cato Censorinus velut ex oraculo prodidit: Senilem juventam præmatura mortis esse signum. Quâ de causâ contrarium in pueris, cõprobarat Attius; cui in juvenibus ingenii acerbitas ipsa placuit, ut in pomis immaturis. Nam ea maturefcere (maturitas enim tempestita affert suavitatem) reliqua ante tempus putrescere. Nam cum Pacuvius dixisset videri sibi carmina ejus duriora & paulò acerbiora. Ita est, inquit Attius: neq; id sanè me pœnitet: nam quod in pomis est, itidem ajunt esse in ingenis: quæ dura & acerba nascuntur, post fiunt mitia, & jucunda: sed quæ gignuntur statim vieta & mollia, non matura mox fiunt, sed putria. At quod hîc de pomis Seneca multo antea transtulerat ad vinum, Ariston. ajebat, inquit ille, malle se adolescentem tristem, quam bilarem & amabilem turba: Vinum enim fieri bonum, quod recens durum & asperum visum est: non pati at atē quod in delio placuit. Monstro etiam simile videtur, si contingat quod Satyrice displicebat. Si inquam, prudentia velox ante pilos veniat: quæ res odium procreat, ut voluit P. Mimus: Odiosa juvenia quæ parilis senectæ. Quamvis hoc dictum possit etiam in sciolos quosdam adolescentes retorqueri, qui sapere multa nimia volunt videri; idq; coram ætate majoribus nullâ adducti verecundiâ. Cæterum in hanc rem aptius est aliud, quod vice proverbii jactatur: Odi pueros præcoci sapientia: Hanc intempestitam adolescentium sapientiam mihi visus est præ oculis habuisse Constantinus Imp. ad ætatis veniam concedendam. Nam illorum præmaturæ prudentiæ parum fidens, tum demum ætatis veniam petentibus indulget, si primò XX annum excefferint: deinde si eam, quam præferunt vim prudentiæ, ac sapientiæ non præcocem & immaturam ostenderint, sed honestam l. 2. C. de his morum suorum probitatem optimorum testimonio firmaverint. qui ven. at at.*

Et rectissimè Imp. has adhibet cautelas. Quamvis e. *adolescentes ætate plus sapere, quàm provectiores videantur, imitantur tamen*

Quint. l. 1.
c. 3.

Gell. l. 13.
c. 11.

Ep. 36.

l. 2. C. de his
qui ven. at at.

- interdum olea naturam, quæ immaturè collecta majorem quidem fructum fert, quàm quæ maturè; At non perinde bonum, atque matura. Unde Alciatus cum Amygdalo comparat præmaturum ingenium, illa quippe floret prima omnium mense Januario, Martis verò pomum maturat: Cur properans foliis præmittis Amygdale flores? Odis papillos præcocis ingenii. Eadem ratione motus Justinianus iisdem adolescentibus interdixit prædiorum alienationem, ac ne hypothecam quidem immobilium permisit, perbellè insinuans: Quam periculosum sit gubernationem proprii patrimonii adolescentibus concedere. Et ideò hodie, inquit Ulpian. in hanc usq; ætatem (nempe 25. quæ compleri constat vigorem virilem) adolescentibus curatorum auxilio reguntur, nec ante rei suæ administratio committi debet, quamvis benè rem suam gerentibus. Unde ex Jêlo elicimus, adolescentibus rerum suarum curam olim prohibitam, quamvis specimen industriæ præbuisent. Procul dubio juris conditores sunt augurati, vim illam prudentiæ in multis contingere parum diuturnam. Vid. Turtur. paral. Etb Jurid. p. 218. Meursius de gloria c. 5. Claud. Minolis. ad Alciat. embl. p. 712. Unde Juvenes quoq; non facilè in numerum Consiliariorum recipiendos esse cum Castell. l. 1. de offic. reg. c. 58. statuo.*
- Embl. 208.
- l. 3. C. ib.
- l. 1. §. 3. ff. de minor. §. 2. ib.

TIT. XXI.

De Auctoritate Tutorum.

CONTINUATIO.] Causis constituentibus tutorem, quæ sunt, testator Lex & Magistratus; sequitur de tutoris ita constituti officio; quod consistit potissimum in auctoritate præstanda: Quæ est approbatio ejus, quod cum pupillo geritur: Et consistit in causis, quibus interponenda est, & modo interponendi. Causæ hæc comprehenduntur regula: Meliorem licere pupillo facere conditionem suam, etiam sine tutoris auctoritate; deteriolem verò non. pr. hic. Quamvis alios sibi etiam sine tutore rectè obligat. ib. Excepta tamen hereditate & bonorum possess. quam etiamsi lucrosam adire nec petere sine tutore non potest. §. 1. Modus auctorandi in eo est, ut tutor statim in ipso negotio præsens, non post tempus aut per epistolam, aut per nuntium auctoritatem suam pupillo in-

121.
lo interponat, §. 2. Neque ut in rem suam autor fiat. §. ult. *bic*.
sed pupillo cum tutore litigaturo *curator* datur, qui finitâ lite cu-
rator esse desinit. *ib.*

QUAEST.] I. An pupillus sine tutoris auctoritate natu-
raliter obligetur? Neg. cum Först. d. 4. tb. 10. nisi factus locuple-
rior, vel in alienâ re dolosè versatus fuerit. Riemer. dec. 3. q. 8.
contra Robert & Coras. Vid. Haenon. tb. 9. Harpr. p. 575. n. 8.

II. Num tutoris auctoritas, ante negotium gestum interposi-
ta valeat? Neg. cum Först. *ib.* tb. 12. contra Cujac. Vid. Riem.
dec. 3. q. 7. Ung. q. 8. Harpr. p. 582. n. 1.

AN IN OM.] In §. 2. *bic* Tutoris auctoritas in ipso negotio re-
quiritur. in l. 25. §. 4. ff. de acquir. hered. negotio perfecto inter-
ponitur. Vid. Don. En. l. 3. c. 14. Riem. dec. 3. q. 7. Unger. Ex. 4. q.
8. Harpr. p. 583. n. 2.

DIGRESSIO.] Interdum & in lucro damnum. *In Gorgia.*
arg. §. 1. Narrat Plato, in conviviiis Graecorum solitos fuisse mu-
ficos cantilenam quandam canere; cujus argumento primus *sani-*
rati locus, alter *pulchritudini*, tertius verò *divitiis*, addebantque *l. 9. de ll.*
propè quæsitis, attribuebatur. Sed alibi serius loquens, ait; *Homi-*
nem tria possidere, animum, corpus, Opes, quibus tertium pariter lo-
cum tribuit: *Etsi, inquit, à Grecis, & à barbaris in primo loco po-*
nuntur. Ego pecuniam inferiore, quàm tertio gradu collocan-
dam puto; primum locum nunquam assignabo. *Humiles e. ani-*
mæ quibus suavis est lucri odor ex re qualibet, *ubiq. lucrum sectan-*
tur: Et illud Sophoclis usque ingeminant: *Nullum cum lucro ma-*
lum: Et alterum ejusdem: *dulce est lucrum profectum & à menda-*
cio. Itemque Euripidis istud: *Laudato justa, ceterum lucro bareas.*
Et Plauti: *Omnes homines ad suum quæstum calidos esse debere. Lu-*
crum e. pudore melius. Nam nimio illud, quod pudet, *facilius fertur,*
quàm illud quod piget. Sed longè tamen veriolem ego esse puto
sententiam illam Terentii: *Pecuniam in loco negligere, maximum*
interdum est lucrum. Cui affinis est illa Plauti: *Non ego omninò lu-*
crum omne esse utile homini existimo: Scio ego, multos jam lucrum
luculento hominem reddidit: Est etiam, ubi profectò damnum
præstat, facere, quàm lucrum, Odi ego aurum, multa multis sape
suasit perperam. Præclare quoque Publius in liionis: *Lucrum sine*
damno

112.

2. Reg. 5.
v. 66.

Xenoph.

Augustin.

Proverb.

2.

Damno aliter fieri non potest. Damnum appellandum est, cum mala fama lucrum. Et Diogenes, damnum potius, quam turpe lucrum eligendum esse asserit. Et rectè! cum nemo bonis, multò minus Deo opt. magnus, cui fortunæ solùm munera & simulacra magna. Immò oblata interdum recludenda! Sic Fridericus Sap. Elect. Saxon. cum delatum sibi Imperium ad Carolum V. suffragio suo detulisset, à Caroli legatis 30. millia florenorum oblata constantissimè rejecit, cumque urgeretur ut tantum 10 pateretur dari ministris: Accipiant, dixerit, si velint, attamen nemo valebit possidè apud me, qui vel aureum acceperit. Optimè nempe dicebat optimus Princeps: Non semper est tempus accipiendi argentum, aut vestes, aut oleas, aut vineas. &c. Spes enim in lucro, damni est initium. Et nemo habet injustum lucrum, sine isto damno. Unde sapiens neque divitias, neque paupertatem, sed tantum, quæ victui sunt necessariae, dari sibi à Deo postulat. Satis autem pecuniæ interpretor, quantum à necessitate requiritur: neque ita divitiis abundet, ut ipsarum potentia in altum sublatus, mox decidens ruat. Amurat. disc. in Tac. l. 17. c. 6. Reusner. in symb. ad illud Vespasiani: Lucri bonus odor ex re qualibet. Cl. Minoies ad Alciat. Emblem. 123. p. 456. An autem liceat Principi vendere Magistratus? N. cum Besold. l. 2. Pol. c. 3. n. 12. Et utrum Legatus munera sibi oblata, retinere possit, an domino suo restituere teneatur? dist. cum Cuiach cent. 1. dec. 5. q. 3.

TIT. XXII.

Quibus modis Tutela finitur.

CONTINUATIO.] Finitur porrò tutela vel communiter ex utriusque persona, vel separatim ex alterutrius. Communiter ràm pupilli quàm tutoris I. morte naturali. §. 3. II. Civili, nempe Capitis diminutione pupilli omnimoda. §. 1. tutoris verò maxima & media. §. 4. Ex persona pupilli. I. Pubertate: i. e. 14. anno in masculis, & 12. in foeminis. pr. II. Arrogatione. §. 1. & 4. in fin. Ex persona tutoris finitur. 1. conditionis & diei sub & in quam datus est, existentia. §. 5. II. Minimâ tutoris capitis dimin. sed saltem



saltem legitima. §. 4. III. deniq; Excusatione & suspecti remotione. §. 6. secundum ea, quæ infr. proponuntur. tit. 15. §. 16.

Quæstio.] I. An inhonesta ista corporum Inspectio unquam fuerit in usus? Vid. Bach. p. 194. Don. En. l. 3. c. 14. e. Harpr. p. 587. n. 3.

II. Cur citius pubescant feminae quam masculi? Vid. Först. disp. 3. ib. 17. Bach. p. 83. §. 194. Arnf. de jure cotanub p. 81.

ANTRINOM.] I. Justinian. bte pr. tutelam foeminarum ait finire XII. ætatis anno cui repugnat Ulp. tit. XI. de tutel. foeminas in perpetua tutela esse asserens. Vid. Bach. p. 194. §. Matth. bte. p. 61.

II. In §. 4. Tutelam tutoris capitis demerutione maxima & media finit asseritur. eum tamen transfuga, qui mediam patitur. l. 5. §. 1. de cap. min. l. 19. §. 4. de capt. & possim. tutor maneat. l. 15. ff. de tutel. Vid. Don. En. l. 3. c. 14. e. Martin. bte. thes. 97. Uingeb. Ex. 4. q. 9. Först. disp. 4. ib. 12. §. 13.

DIGRESSIO.] I. Castitas & à summa majestate ob. *Sen. de brev. servanda) arg. pr. Nam quod foedior est in venerem & libidinem vit. c. 6. projectorum labes, eò cautius sibi temperet à libidine Magistratus. Nihil e. est tam mortiferum ingenis quam libido. Et qui huic sunt obnoxii crimini illicò convolant ad alia, quod docet suo exemplo David, Salomon, Themistocles, Nero &c. Imitandus ig. Curt. l. 3. Alexander M. qui Darii regis Persarum capti quamvis uxorem Xenoph. aspiceret noluit, ne castitatis limites excederet. Et Cyrus, qui abstinuit à conspectu Pantheæ: Ob ist hoc ipsum, agebat, magis est, ut abstineam: Etenim si nunc illam adiero cum vacat, fortasse illa efficiet, ut adeam etiam cum non vacat, eiq; asideam, neglectis rebus serio. Celebratur quoq; castitas Scipionis Afric. à Livio & aliis, quod virginem captivam stupendæ formositatis inviolatam suis restituerit. Sed Plutarch. in Apoph. hanc castitatem suspectam facit, dum scribit: Scipionem dixisse, libenter suscipere hanc puellam, si homo privatus, non Imperator esset: quasi v. hominè privatum nõ deceret castitas. Omnis anima, inquit immotum Dei verbum, quæ fecerit abominationes istas eradicabitur. Deniq; nota minimū debet movere, quod non solū Deo sint exosi, sed contempta quoq; & infamia flagrent apud suos, qui pudorē susq; deq; habent.*
Quem

Quemadmodum enim apes vehementer oderunt homines à coitu o-
lidos: ita subditis Principem libidinosum execrantur, detestan-
tur, & tantum non diris devovent. Abstineant ergò omnes ma-
ximi minimi à tanta turpitudine, ne *Pœnitere Demosthenicum* à
tergo sequatur. Vid. *Schônberg. pol. 2. c. 24. Cbockier. thes. pol. l. 5. c.*
12. Lips. pol. l. 4. c. 13. Gutberlet. Ethic. c. 8. disp. præc. tit. 10.
Axiom. 1.

II. Antiquitatis norma benè posita in suo ordine,
relinquenda. *pr. hic. Vid. Turtur. paral. Eth-jurid. p. 125. Carrò.*
disc. in Tac. p. 114. disp. 2. supr. tit. 5. axiom. 1. & 2. & Disp. 3. tit. 11.
axiom. 7.

Ad Præstantissimum & Literatissimum

**Dn. Respondentem, Ami-
cum & Fratrem suum dilectis-
simum.**

EST hominum Tutor DEUS. Est; Hominesq; tueri
Vult homines, ac sic munus obire suum.
Hinc DEUS est homini veniens homo ferre salutem.
Quod quisquis præstat, gaudeat esse DEUS.
Ferre salutis opem B L I T S C H K Y promptissime, Gaude
Tutandi miseros Mens quod aperta T I B I.
Attestatur idem, Tua disceptatio præsens,
Resq; mea. Grator: Laus tua magna DEUS.

M. Johannes Lehman
Monsterbergâ Sil.

F I N I S.

00 A 6414


ULB Halle 3
002 928 094


12

1017







DEO!
INSTITUT.

LICI
QUARTA
ico-Juridica.

ELA

tione, Admini-
dissolutione.

18.19.20.21, & 22.
BENS
TUS

n, Quæstiones
Axiomata.

AM
RESIDIO

I TAUBMANI
Profess. Publ.

m proponit
T S C H K Y Jun.

ius.
io 7Ctorum boris antemerid.

BERGÆ,
i Acad. Typ. Anno 1635.

